



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Ermelindis V. 29. Octob.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. ERMELINDIS V. 29. Octob.

Eodem tempore thalamum ERME-  
LINDIS & DEVS & DEI nunquam  
non rivalis mundus ambivere. Sed ex-  
horruit recte infamem procum virgo,  
& duodennis sponsum sibi pulcherrimum  
e filius hominum CHRISTVM  
legit candidum eundem & rubicundum.  
At stultissima parentum vota generum  
mundum malebant; eamque ob rem,  
pro potestate, cogere filiam ad nuptias  
parabant. Hic vero illa generoso an-  
virginem professa capillos suos ipsa rescidit,  
hisque veluti vinculis iam expedita,  
mundo ne nuberet, excessit mundo.  
Insecuti tamen castissima vestigia sunt  
geminii fratres iudemque veneris man-  
cipia. Horum alter cum suam DEO  
sponsam etiam e templo raptam iret,  
monita ERMELINDIS a Tutelari An-  
gelo suo, pudori fugam iterum consuluit,  
solaque deinceps vixit. Sed quid dico  
sola? quando caelo Paranymphe adfricere,  
castissimosque inter Hymenaeos ad spon-  
sum suum abduxere. Neque vero mor-  
tuam etiam latere sponsam suam hic  
voluit. Caelestes iterum cantus splen-  
dorque, sed praecipue odor suavissimus  
mortalibus immortalem ERMELIN-  
DEM prodidere. Cur, nisi ut in odorem  
castitatis etiam tu curreres Mariane!

*Ex Molino & Surio.*

SS. ZE.